est / Sicut illi de quo dicitur / quod nec folium eius defluit
et / et omnia quecumque faciet prosperabuntur / principue quod
quo et corporis sui membra expansa sunt ad opera preceptorum
Unde dicit levavi manus / levat oculos ad videndum que dei sunt /
et aures aperit ad audiendum / pedes eius secuti sunt vestigia
eius / totum robur corporis custodit ad deum / Iuxta illud fortitudinem
meam ad te custodiam / Cum linguam conservat ad
laudandum / corpus ad sustinendum pro eo / et vitam parat
ne pro eo / Sicut miror quod et manus levat ad operanda
mandata eius / Ex quo elicio hec / et primo quod tota mea
pro subieccione divine voluntati / patet quod ita dicitur / Unde dicit
katorum meum et caro mea exultaverunt in deum vivum
unde sicut eciam / quod corpus propter corpora exhiberi deo
hostiam vivam / Racione fidei / hostiam sanctam / quantum ad
vitam divine legi / hostiam immaculatam / quia in omnibus

que dei sunt consecracio spiritibus / honorabile obsequium / quia ad
animam pertinet 2m indicium ... ultimate a spiritu sancto / 2o
quod caro hominis potest esse particeps fidei unde dicit hugo in 4o
dicti sermone de ascensione domini Ego illam fidem quam mihi
dedisti carni tradidi / et pro eius sinceritate contra bella
domita per eius abstinentiam et contra ... militavi Et dicit quod caro
xpi passionis stigmata in se portat / et recompensacionem rede
mpcionis ipsa in se examinat 3o quod unio carnis ad animam
non est sine utilitate / quia promovet multa / ymo quandoque
videntur duplicari unde dicit hic hugo in omnibus mandatis
dei / anima precipit imperando / sed caro famulatui / in omnibus preceptis
in opere laborat ut similiter mercedem accipiat / Et pro tanto dicit
levi. mandata mea que sunt quedam corporis medela / ad mandata
tua sit corporali opere implenda / sed quod hoc sit verum tamen videtur
... de ceteris preceptis prime tabule / non habent utilitatem / quia ado
racio que est primi precepti / non impletur corporaliter / sed in spiritu s...
vitate / Sic eciam reverencia divine vitalitatis que 2o precepto iniun
gitur / quid ad corpus pertinet / cum quod eius est solius cordis et inte
rioris / Similiter sabbatisacio que non est aliud / nisi delectacio in dul
cedine ... consola
cionibus dei / que est solius voluntatis / iuxta illud consola
ciones tue letificaverunt animam meam / Ibi dicit quod illorum pre
ceptorum implecio principaliter ad animam pertinet / sed ad corpus ac
... minniculative / quia eciam subservit anime in illorum preceptorum
implecione / quia quo ad primum corporales operaciones in pro
stracionibus / in flexionibus / in tunsionibus pectorum / in eleva
cione oculorum et manuum / in vocali oracione / et tamen oste
ndunt animam adorare deum / quo ad 2m / auditio divini ver
bi / et lectio sacre scripture in quisicio valde / et labor sive in conscri
bendo / sive in disputando / sive in elucidando / ostendunt
animam habere reverenciam ad utilitatem divinam / quia qui non admittit
hec corporalia studia / aut exercicia ad hoc ut possit sapere que
dei sunt / nec habere utilitatem / implet hoc preceptum corporaliter
unde illud qui addit scienciam / addit et laborem / Et ...
per tertiam quietem animi / ut sine impedimento delectaremur
in hiis que sunt dei / nisi prius in corpore omnes concupiscencias
carnales crucifixissemus / Unde et ipsa contemplacio in qua homo
divina degustat / ipsius carnis quedam maceracio est / quia
gustato spiritu desipit omnis caro / Sic eciam honorare parentes
et corporale servicium / corporale beneficium / et corporalem
exhibicionem honoris illo accedit dicit corporalem conser
vacionem vite proximi / Si ... non pavisti si non defendisti

et potuisti et audisti. Non mechari cum aliena / dicit corporalem castitatem cum coniuge propria / seu proprii corporis. Non furari includit corporalem elemosinam / et contra requiritur mortificacio corporis realis / antequam homo deveniet / ad hoc quod nichil concupiscat quod sicut dicit Bernardus opus hoc multi est laboris / multi temporis et sudoris / per graciam dei misericors et studium hominis volentis et concurrentis. Et quibus elicitur quod humanum corpus pro decoro mandatorum implecione est fortandum. Unde isti primi labores plurimi possiderent utique pro sustentacione corporis proprii / ut iustificaciones eius custodirent / et mandata eius conquirerent. Ex quo ulterius elicitur error illorum / qui sua corpora nutriunt delicate / racio / quia corpus hoc ab diurnitate a subiectione legis divine / quia hoc nimis ut dicit Bernardus lxiiij super cantica perturbatur limine racionis affectus / aufertur libertas spiritus / vigor animi lentescit / sopitur racio / gracia subtrahitur / fervor amor frigescat / quia hoc dissimulatur locus / abditur ius / divine preceptis proscribitur / et dilinquentis timor domini / ne quod ita eveniat dicit iste leviam manus meas. Ad mandata tua perficienda dicit Altisiodorensis quod anima corporalia aptam in corpus per racionem et intencionem propter colligancia anime ad corpus ita quod corpus agit in animam propter eandem colligancia. Unde secundum apostolum bonum actus exteriores augmentat habitum bona operandi / qui est in anima sicut frequens disputacio generatur sciencia disputandi. Sic quod quia mandatorum implecione corporali / acquiritur promptitudo voluntatis in execucione voluntatis dei / iste quod meditatus est / et loquebatur mandata dei / ut in eis devocior / ita levat membra exteriora ad ea. Sed circa iusta verbum hominis / hic agendum est de intencione / dominica mandata agitur nomen est / prout dicit Altisiodorensis voluntas et intencio idem sunt in re / sed racione differunt / quia intencio dicit aliquid quod a voluntate resultat. Et ponit exemplum dicens volo ire ad ecclesiam ut orem / ire ad ecclesiam est voluntas / sed orare est intencio. Ex quo elicitur quod orare intencio est quedam determinacio voluntatis / quia qui in aliquod intencionem ferit / tunc idem voluntas determinate. Unde voluntas actum conferit quasi materiam / ut si voluntas est bona / actus est bonus quo ad materiam / sed intencio actum prebet quasi formam quia si intencio est bona / tunc actus est formaliter bonus / si mala / tunc malus. Iuxta illud si oculus tuus fuerit simplex totum corpus tuum lucidum erit / si nequam et corpus tenebrosum erit. Ex quo arguitur quod actus boni in genere dicuntur boni voluntate / sed dicuntur boni in speciem ab in-

tencione Et pro tanto dicitur quod si radix bona, fructus boni, hoc est
si voluntas bona, et actus boni de genere. Et licet possibile intentionem
bonam dividi a voluntate, et sic stat aliquem actum esse bonum
de genere, et tamen malum moraliter, ut si quis daret elemosinam
propter vanam gloriam. Velle dare elemosinam bona est voluntas
et dare bonus actus, sed iste actus interior retorquet ad finem
indebitum, ideo est moraliter malus. Ex quo patet quod interior actus
non imponit hoc est substantialiter, et patet ex eadem dicto, quod si in-
tencio bona, et actus bonus moraliter, non tamen econtra, ut quando quis
bonum intendit quod illud tamen fit, ut econtra, ut quando quis malum
intendit, ut id tamen malum fit, sicut vir dicit Ihesus intimiatis
gloze, super illud bonus homo de thezauro suo profert
nova et vetera. Dicit in Altisidorensi capitulo xi, et sic ponit
aliqui tenentur ad malum, tamen faciunt duplicem sensum, in loco
tencione Primo in dicunt quantitatem intencionis in intencione
ut sit perfecta, ut quanto quis intensius intendit agere bonum, quod
id sit sibi bonum, ideo econtra hoc est quantitas boni operis non sunt
attendenda ex intencione, sed ex ex aliis circumstanciis Et si de-
nt qualitatem quantitatem qualitas, ut sit sensus quanto bonum
intendis tamen agis, quanto interior est bona, tanto actio bona
et sic est una locucio Et tamen hic dubium intelligitur quoniam
dicit ut ita allegatum est, interior tamen actui tamen nomen
imponit Et omnibus premissis ponitur questio Non nisi inten-
cione ordinata. Divina mandata sunt implenda, patet, quia ex
sunt implenda, quia sunt divine voluntatis signa, hoc est
faciendum, quod deus vult fieri, et quod non vult, nullo modo faciendum
iuxta id fiat mea voluntas, sed tua fiat, ideo quia iusta
implenda in mandatorum reddit unicuique quod suum est, et
facit hominem ordinatum ad deum, ad se ipsum, et ad proximum
omnia ista sunt omnes sermones tui, et tua est in eternum quod
quia precepta sunt vite eterne introductoria iuxta id Mathei 19
si vis ad vitam ingredi, serva mandata, et ideo hoc Luce x
fac et vives Augustinus in libro de moribus ecclesie dicit
qui sunt mandata dei in memoria, et servat in vita, est
qui sunt in sermonibus, et servat in moribus, qui sunt audien-
do, et servat faciendo, qui sunt faciendo, et servat perseve-
rando, id est qui assequitur mercedem eternam, quia qui
perseveraverit usque in finem, hic salvus erit Ex quo
patet quod multiplicitas intencionum
non arguit ipsius dominacionem deordinacionem, sed
est ex probacione precedentibus, quia stat aliqua divina
mandata implere, et quod sunt divine voluntatis, et ita quod
iusta, et ita quod introductoria, et tamen ordinate, ut ut

De augmento vel multitudine operum vel diminutione eorum augetur meritum, sed solum caritas et melior voluntas patet de lectione

Dicit magister / Rectitudo intencionis est quod amor finis. Ex quo
ergo iste implet mandata divina sub intencionibus et ordinatis in ul-
timum finem / nullo modo deviat a rectitudine / Et quia diversi actus
unica intencione regulantur / sic econverso diverse intenciones unum
actum non dividunt / ut sit unus eius malus et alter bonus / quando inter
se sunt subordinate / Ponit Altisiodorensis exemplum / ut si quis
surgeret ad matutinas propter nummos habendos / ut comedat se
nutriet / et elemosinam daret / et tandem mereatur peccatorum remissionem
et finaliter vitam eternam / hic actus est idem / et diverse sunt intene-
ciones / tamen una alteri subordinata / et omnis ultime et optime fi-
nis / Secundo eciam quod divina mandata sunt implenda in gloriam dei
hic est illa intencione ut glorificetur deus / quia si implentur / ideo
quia sunt sue voluntatis / hoc est in gloriam suam / Si ideo quia
iusta / hoc est in gloriam suam / Si ideo quia meritoria / hoc eciam est in
gloriam suam / Et hinc est quod dicit apostolus omnia in gloriam dei
facite / Et alibi hec similitudo sic / Dicitur ... circa unum opus duo
concurrunt / unum est debitum ipsius operis / quod debito operis omnia
opera mandatorum sunt ad deum referenda quia iusta / Iuxta illud
Mathei v. Attendite ne iusticiam vestram faciatis coram hominibus
Aliud est debitum operantis / et quod debito / ideo omnia illa opera
quorum est principium est liberum arbitrium debent referri in
deum / et hic ipsi actus referri ad principalem finem / Iuxta
illud Mathei / vi. Thezaurisate vobis thezauros in celis / ubi
est thezaurus tuus ibi est et cor tuum / quasi dicit / Si vultis celorum
thezauros adipisci / illuc vestros actus dirigite / Et multo si
cum alie circumstancie operum sunt in precepto / maxime circumstan-
cia finis de precepto habendi / quia illa est magistra circumstancia-
rum / Et quod isto elicitur quod contra precepti [illegible] / nullus actus quo
ad hoc est indifferens / Item quod ratio nata est omnem actum et
omnem motum quo movetur referre in deum / Dicit in [illegible]
quod exceptis aliarum virium multi actus indifferentes / quia alie
vires quod se non sunt nate ad finem bonum / ut est sensibilis
ut est vegetativa / nutritiva / apprehensiva / ymaginativa /
Et ideo potest aliquis multos esse indifferentes respectu status ut
in puero aut in alienato / Secundo circa legis impletionem omnia
contraria sunt ab intencione removenda / Dicit [illegible]
... de compunctione / multi ideo mandata faciunt / ut
ament / Vel hiis non auferuntur quos amant / Vel illis
non inviantur infamia quos verentur / sic quod illa quod faciunt
non divino mandato obediendo sunt / sed voluntati obediendo
hoc sic faciunt / quia ipsi sic facere volunt / et dicit et aliquibus
inest divinorum mandatorum contemptus / ut si quid vi-

lenam̄ ad pura intencōe ad m̄ta t q diligit ope
cōplendo q̄ ꝑ hoc dilectō
exhibēo est opis

deuantur ꝙ mandata dei facē nō ꝓꝑter ipm̄ / ꝙ deꝰ q̄ mādat
tribuit s; consecrat illud deceptioni vane et mani gl̄e
/ ita ut in vtroq; mō pari dampno feriantur / et cū faciūt
que mādata sunt / et cū omīo nō faciūt / q̄r in sup̄bia est
dyaboli lapsꝰ ꝗ e / Et ꝙ ipse ep̄ꝯ infert laqꝯ vndiq; dei
cōtentoꝯ / q̄r si nō impleq; / iam preuaricamur / si impleq; q̄
et in hoc ꝗtinuo sup̄bia surrepit / uel ipsa volūtas se ingit
/ Dr̄ nec cauciꝯ est diuina mādata implere / qui deo auxili-
ante et illā potit homo effugē / Et addit iste assūmens
/ Dr̄ leuam̄ maꝯ mās / manꝯ mās .i. opacōs leuam̄ .i. illā
intencione alta fcā vz ad laudē dei ob retribucōm e
terne mercedis / Vn̄ dicit hic Augꝰ tūc leuatur manꝯ
q̄r sursum est quo leuantur / Itē si de ope malūtorum
mceb terrena cōpetitur / aut felicitas deponitur / porꝰ manꝯ
ꝗ leuantur / q̄r terrena emolūmta que nō sūt sursum
/ s; deorsum illis opibꝯ acquiruntur / s; vnꝯ hoc procedit
ꝙ omnia nrā debēꝯ dirigē ad deū / Dr̄ q̄ procedit ꝙ tꝑli
ci ꝯsideracōm / p̄mo ꝙ consideracōe opis / Ꝙ quo .i. tēd
sunt opa nō tēd / q̄r ꝙ cā vi impant / 2º q̄ tota sunt
tunc collatcōm ad aliquid / 3º ꝙ ꝯsideracōe finꝯ / ꝙ
quo .i. deꝯ finꝯ est ultimꝯ omīs bona / tūd / cū oīa in
ipm̄ dūt refferri / 3º ꝙ consideracōe debiti / q̄r creatura
rōnalis totā se dz suo creatori / et sic et actꝯ et vbā 2
cogitacōs / Et iō dicit ap̄ꝯ / oē qcūq; faciꝯ in vbo / aut
in ope / oīa in noīe dnī xp̄i facite / sed colo .i. vbi dō
dicit .i. nō ad gl̄iā vram / s; ad gl̄iā dei / et nō solm̄
que faciꝯ / s; et cogitacōs / et hic 2m̄ intelligi lcē
ꝙ pressum / Et quibꝯ elicitur / q̄ spūalia opa nullo sūt
in fine corporalem referēda / rō q̄r ꝙ quo sūt corporalibꝯ
fortiora / sic magꝯ bonū referrētur in minꝯ bonū / et sic
fiet deordinacio / q̄ in diuinis nullo admittend / Dicit
.n. Augꝯ in lib° de s̄moe dnī in monte quecūq; reb ꝓꝑter
aliquid querimur sine dubio inferior ꝓꝑter que querimur
/ Et iō illud est sꝑ ꝓꝑter quod querimur / talis aūt de
ordinacio sine culpa fieri nō pt / Et in isto pūn q
sistit libertas actoꝯ / q̄ hic id quod agit / nō agit
necessitꝯ aliquo corpali / nec auxiliꝯ aliqua vanitate
/ nec ꝗtristatꝯ aliqua adūsitate / s; ꝙ amo et libere a
spirando ad ea supiora / in quibꝯ vā ꝗsistit libertas
/ Et ita exponit Lyra dnīs dicit .n. / sic ꝓꝑ medi
tacōm bonū est leuaē manꝯ ad precepta dei / et facē cū
gaudio / nō ꝙ ex necessitate / non cum merore et mesticia

bonum eorum fiat sed voluntarie / amicus enim voluntarius est / sed ser-
vus facit invitus. Nobis autem dominus loquitur Joh. xv. iam non dicam vos
servos sed amicos. Levavi / id est levate est ab omnibus / que illi-
bertatem possent manus meas .i. operatores operationum. Unde non
potendi eas ad vilia opera / sed ad fortia. Iuxta illud mulier fortis manus
misit ad fortia / quia ad mandata tua quae .s. non sunt temporalia / sic
quod ad tempus eius essent data ut illud crescite et multipli-
camini / nec localia ut illa mandata / que infra terminos iudee
erant conclusa / sicut illud / nolite possidere aurum argentum / no-
lite cogitare in crastinum / nec dualis mentis habentes res / non
sunt personalia / ut illa / que erant uni genti .s. iudaice tradita
ut quod lex in libris moysi contenta / ut sunt in antiqua scriptura
penitentie / nec invectata propter tempus / nec sunt ceremonialia data
in aliquod signum / sed mandata homini communia in omni loco / omni tempore
sine nota culpe et pene universaliter omni genti servanda.
Sunt enim ista mandata fortia sunt / quia sic omnem gentem / omnem
hominem / omne tempus / et omnem locum / sine quacumque exceptione
concludunt et ligant / sine quacumque humana dispensatione
ad adimplendum. Et hoc est primum quod requiritur ad opus sanctum
.s. ... ... esse sanctum quod sit sub divinis preceptis inclusum
adimplendum / nec hoc sufficit sed requiritur ut ex dilectione que est
actus caritatis impleatur. Et id additur que dilexi. Dicit
Ambrosius nisi quis divina precepta diligat non potest ea im-
plere / sic sicut implenda sunt. Et ideo prius dixit meditabar
in mandatis tuis que dilexi. Et subiunxit et levavi
manus meas ad mandata tua que dilexi .i. corum. Unde
quod non nisi ex pura dilectione impleri / nec hoc sufficit sed
requiritur ut opus quod debet esse sanctum fiat ex nimia di-
lectione .i. ex fervore ipsius dei. Dicit enim hic Ambrosius quod hic
dilectionis ingeminatio nimietatem ostendit. Sed Iesus nimis
credenti dixit que dilexi in primo ... dicat / que dilexi
quia non mandata potest impleri / nisi nimis hoc est fer-
venter diligantur. Ex quibus elicitur quod ad sanctitatem
requiritur subiectio ad divinam legem / ratio quia lex divina
ut dicit B. I. I. li. 3 contra gentiles non est aliud / nisi quedam
regula agendi / vel non agendi secundum quam homo ...
attingere finem suum / et est dei hominibus quos ad beatitudinem
creavit. Dicit dabo legem meam in visceribus eorum. Et idcirco
... hoc pasquia deus dedit decem precepta / statim
premisit / sancti estote .quoniam ego sanctus sum dominus deus vester.
Est sine adherentia dei / sanctitas non potest haberi / ratio / quia ut
dicit B. I. ibidem / adherere deo finis est hominis / quia in eo
ipsius felicitas consistit / et quia non potest quis sanctitatem adipi-
sci / nisi adherendo fini suo / ex quo fluit sanctitas. Unde

Deutronomi x° d(icitur). Et nunc Israel audi quid dominus deus tuus
petit a te nisi ut timeas dominum deum tuum / et ambules in viis
eius / et diligas et servias domino deo tuo in toto corde tuo
in tota anima tua / ecce adherencia que consistit in humilitate
in dilectione in legis impletione / et in exhibicione verbis
servicii. 3° in fine dicte legis oz versari volentem sancti-
ficari. finis dicte legis principaliter est / ut homo amet / et dili-
gat deum / unde et lex nova d(icitur) lex amoris / quia docuit
hominem ad hoc / ut amet deum. Et prima thy(motheum) primo d(icitur) finis
precepti est caritas / cuius actus principalis est diligere deum
ut dicit b(eatus) t(homas) ubi supra. homo enim vices anime inferiores
non potest adherere deo / quia enim illas adhereret inferioribus
rebus / sed adheret deo homo enim voluntate et intellectu / hii
enim voluntate principaliter / quia et enim voluntate quiescit
homo in id / quod per intellectum apprehendit. Et dicit ulterius / quod vos
alicui rei adheret vel propter timorem / vel propter amorem
sed dicit. Nam ei cui inheret propter timorem / inheret ei propter
aliud sed ut evitet malum / quod ei imminet / si non adheret
si vero cui adheret propter amorem / adheret ei propter seipsum / et
hic est potissimus modus adherendi deo quod lex intendit. Unde
math(ei) xxii mandatum de amando deo d(icitur) primum et maximum mandatum
datum. haec b(eatus) t(homas) / Omnibus premissis supponitur quod oz a / dicte legis
opera si dicunt esse meritoria / oz ut impleantur ex caritate sin-
cera / ita quod patet ex corporibus / et notabili precedentibus / et patet
sic deo dicta / precepta legis ad hoc data sunt / ut per ea mereatur
vita eterna / ergo obligant nos ad hoc / ut mereamur vitam eternam
sed vitam eternam mereri non possumus / nisi nunc ad opera legis
ex caritate moveamur / ergo tenemur facere illa ex caritate / et
per consequens quod verum. Et pro veritate conclusionis arguit sic est quod Scotus in secundo
xvi. si opera legis non deberent impleri ex caritate / et quia
omnia opera legis possunt impleri ex motu liberi arbitrii
sine caritate / ut notum est / ergo ex operibus liberi arbitrii
solius / quis posset salvari / patet quod omnis qui totam legem imple-
verit salvabitur Math(ei) xix. si vis ad vitam ingredi ser-
va mandata. Et quia conclusio sic deducta sequitur / quod modus
precepti est in precepto / hoc est tenemur dei precepta implere ex
caritate. racio quia actus precepti non facit meritum / sed modus
Unde dicit Moyses in Deutronomi iuste quod iustum est
exequeris / ubi habetur quod modus precepti est in precepto
Et ad hoc facit id Jacobi ii° qui offendit in uno. fit omnium
reus / ubi dicit glosa qui in mandato dilectionis offendit
reus fit totius legis / Secundo quod ad merendum vitam eternam non

sufficit modo generalis / quedam n / opinio hoc posuit / sufficit
moveri quacumque virtute gratuita / sive illa sit fides / sive spes
/ sive caritas / sive temperancia / vel alia quecumque / sed quod non re
quiritur aliquis motus specialis virtutis / hoc non est sic / Ista si prelatus vi
deret / si predicabit multi converterentur ad fidem / si non / multi a fi
de subverterentur / in isto casu tenetur iste predicare fidem / et non move
retur ad hoc / nisi ipsa fide / ergo tenetur ad motum specialem / Similiter
/ si quis temptatur de luxuria / tenetur resistere illi temptacioni / Sed
hoc non potest / nisi motu temperancie / ergo tunc tenetur motu motu tem
perancie etc. / ergo correctum verum / Non hoc ergo / quod omni tempore homo
teneatur divina precepta implere ex caritate / ut dicit Altissi
dorus / quod aliquis homo honoraret parentes / ex naturali pietate
peccaret mortaliter / ex quo obmitteret illum modum / ad quem tenetur
sub precepto / Sicut eciam si quis diligeret deum naturali dilectione / non
tenetur eum diligere ex caritate / quod tunc est in illa apprehensione
que est gratia / ut naturalis pietatis / ut naturalis dilectionis / ut
n. cogitat de parentibus / quod eum genuerunt / quod eum educaverunt / quod eum in
struxerunt / et conservaverunt / et deum considerat / ut beneficum / Unde
quod tunc est in apprehensione. id est que generat ad parentes naturalem pi
etatem / et ad deum dilectionem / si obmittit parentes honorare ex
caritate / vel deum diligere non peccat / quod in naturali virtute non est
/ et homo in utraque apprehensione simul esse non potest / Sed si tunc ap
prehendit deum ut summum bonum / ut summe suave / ut summe deliciosum
in quo sunt omnes delicie / et ex illa apprehensione generatur in eo
caritas / Si deum tunc habens caritatem / et quando in ea apprehensione
non diligit ex caritate / modum obmittit / et peccat / et eciam si in
illa dilectione non fiat mora / nec in determinata est hora quanti
tas more / ita ut quis timeat et similiter / Sic eciam quando homo per deum
apprehendit et diligit / et quando in illo amore fiat collacio
ad proximos / ut quod iste est pius / ex intimo mente / quod sibi dedit
deus / ut quod est ad ymaginem dei factus / ut quod particeps est divine
gracie / et glorie potest esse / Si non proximos ex caritate / quod tunc hunc
modum obmittit / et sine dubio prevaricatur precepti quod deum
deum non diligendi / quod tamen est affirmativum / et non obligat ad sem
per pro loco / et tempore / sicut et alia precepta affirmativa / Et ex hiis omnibus
elicitur / quod divina precepta sunt sine admixtione alicuius mercedis
mercedis implenda / quia si sunt implenda ex sincera caritate
/ tunc pure gratuite sunt implenda / et propter quod non respicitur respectum
ad aliquam mercedem / Sed quid dicitur de eo / qui ea
implet propter hoc / ut habeat vitam eternam / prout ille querebat
de Christo quid faciendo vitam eternam possidebo / qui vos monet
ad sic implendum / quidam dicunt quod sic / Dicit Altissidorus

Secundum mercenarius dicitur accipitur vel pro illo qui facit legem propter deum

p(ro) motus fidei s(ecundu)m suam apprehensionem precedentem / que gratis ipsum tam
in / videlicet quia apprehendimus deum / ut primam veritatem / cui semper est cre
dendum / quia non homo credit divinis promissis / et credendo eis im
plet / implet precepta absque ut illa que deus promisit assequatur
/ premia / dicit quod fides ad hominis implecionem monet / Alii dicunt quod
spes. quia quando deus apprehenditur ut largissimus remunerator fidelium
et illa que precepit implentur. dicunt quod hec implecio procedit ex
motu spei / sed utique vir mercenarius implet precepta propter eternum
premium / quocunque motu impleatur / quia impletur propter spem boni / Ubi
advertendum secundum Altisiodorensem quod differencia est inter servum merce
narium / et filium prout glossa distinguit super illo. Fac me sicut

Luce xv

unum ex mercenariis tuis / servus est qui timore pene punitus / aut
timore facit legem propter deum / et non ex caritate / sed generis in morali
peccato / et hic non meretur / Alius dicitur qui facit que legis sunt / sed inten
cione lucri / aut comodi temporalis / et iste dicitur ut dictum est
supra / Filius dicitur qui servit deo propter spem et desiderio regni
celestis / et sic capitur hic / Ex quo colligitur quod amor mercena
rii / amor concupiscencie quia amat deum et facit que precipit considerat
hic eum et sibi commodum / Et mercenarius dicitur quia in amore illo proprium
comodum querit / est tamen bonus amor / ymmo etiam est gratuitus / quia
in eo nullam aliam utilitatem querit / nisi deum / et contra eum ni
Sed filius dicitur qui amore simul ... quidquid est divinis pre
ceptis contrarium illud detestatur / et quamquam etiam divina pre
cepta illa prosequitur / et in eis delectatur / Ex quo patet amor fi
lii est amor amicicie quia sic diligit deum / et vult ei bonum
/ et omne placitum suum implet / quamvis etiam nichil utilitatis sibi con
de posset venire / et ille est melior amor. et gracior. et magis
meritorius / precepta ergo divina implere ex amore concupiscencie sufficit
ad meritum / sed implecio eorum ex amore amicicie attestatur
fidelitati / quia ibi est sinceritas et puritas sine aliqua admixtione
proprie utilitatis / sanctum enim sincerum dicitur / Et sic iste dicit leva
in manus meas ad mandata tua que dilexi / id est. mandata tua
alta sunt / et supra nos sunt / et vires meas excedunt / ita quod
ex propriis viribus implere non possumus / ad omnia tamen ... et totaliter
me ad dilectionem illorum / dilectio enim dirigit nos in ad implecionem
mandatorum dei / Iuxta id. opera manuum nostrarum dirige super nos
id est aliquid quod est ultra vires meas. et opus manuum nostrorum dirige
scilicet tua dilectione / Et quia ut Ambrosius dicit: qui actus suos sic
levat ut faciat omne id quod deo placet ille non dicitur negligere
ut de divina mandata transcurrere / sed exerceri in hiis et continuum
in eis immorari / Ideo addit et exercebor in iustificacionibus tuis. i. in
tuis mandatis que iustificant / Nota secundum ... in ... libri

Et exercebor ... de ... in pluribus ... et ... ut exponit ... glosa de ... exercebor in iustificacionibus ... et in ... utroque ... cogitandi ... delectacione vel ... exponit ... affectu ... in iustificacionibus tuis id est in operibus mandatorum tuorum que iustificant ...

[illegible]

fri doctualis in tractatu de fortitudine / ergo exercitatio est la-
bor seu vigor animi / qua ... mollitiem / sine ri-
gorem atque fastidiose assidue honestis studiis / vel actibus
se occupat / ut nullum tempus vacuum preterea(n)t. Ex quo concluditur
quod exercitium patet ad laboris strenuitatem, quia ut quidam dicunt est
ex labori consistere ubi effectus promittitur / et quo suus animus sub
labor nutrit / Ideo dicitur quod exercitatio in se tres virtutes includit / et
primo includit magnanimitatem / que est spontanea rerum diffi-
cilium aggressio. Secundo magnificentiam que est pulcritudo animi glo-
riosa res arduas ad ministrans. 3° includit fiduciam, que est cer-
titudo animi rem inceptam ad finem perducere. Quarto confidentiam que est
constantia animi inter prospera et adversa immota mente consistit. Di-
cendo ergo exercebor / id est ... in operibus ... mandatorum va-
riis fiam. Scilicet strenue / spontanee / ordinate delectabiliter in virtutibus
non obstantibus quibuscumque arduis / aut difficultatibus. Illa opera
semper egi. semper repeciit. semper in eis continuavi. Ex quo arguitur
non erat negligens, non erat torpens, nec erat remissus, sed omnino stu-
diosus. non mirum est dicit Symachus in suo epistolari. Bonis fa-
miliare est studia bona cumulare / quorum gravia sentiunt non pre-
...batur ergo iste ... quia exercicio purificabatur / et illuminabatur
et purificabatur et perficiebatur / et ergo dicit in iustificationibus tuis. Ex quibus
elicitur quod ista exercitatio dei mandatorum impleccionem deduce-
re deducit in consuetudinem / quia non iteratur, hoc fit sepe / et
quod sepe fit consuetudinem parit. Et de hoc post dicit est ergo 3a conclusio
mandatorum implecio deducenda est in consuetudinem qui(a) nimio exer-
citio. Ratio quia quibuscumque homo gravis habitus / tamen eorum impleccionem
facilius potest ab illis deducere / et gravamen amittere / propter arbitrium liber-
tate et corporis ... / ex quo quidem redditur promptus ad ea-
sum iuxta id ... omnis etatis ab adolescentia sua prona est in
malum. Sed consuetudo illa roborat hominem / et facit eum stabilem
in illis in quibus assuevit. Unde ... mens non ...
omnia consuetudine vim sue ... ut ... Ex quo elicitur quod con-
suetudo in mandatis facit hominem in mandatis promptiorem /
illa non ... ad que assueti sumus nostro animo sunt
magis applicabilia, et que sunt inconsueta, quasi videntur
inconveniencia ymmo et inopinabilia. Secundo usus preceptorum, corro-
borat in ... iuxta id ... mandatis tuis ... Et iuxta ...
... usus omnium rerum magister est ... usus assi-
duus unius rei deditus et ... et ingenium sepe vincit / hic
est homo ex assuetudine devenit ad cognicionem quam / nec
ingenio / nec arte de facili haberet / unde et id quod homo se-
pe videt, non miratur etsi cur fiat nescit. Ideo ...

[illegible]

reputacio opz alta

preceptorum assidua iteracio / nec vilitatem / sed firma adhesionem
indicat / quia de singulis quod in consuetudinem ducitur vilescit in
nam / iste ergo conabatur se in iustificacionibus ut semper iustus esse / iuxta
illud Apocalypsis ultimo qui iustus est iustificetur adhuc / iste estimat
in dei mandatis / ut suis actibus efficeret ea que ut innocencius
dicit sunt valde contraria et equitate in se ipsis omnia includunt
iuxta illud fidelia omnia mandata eius / iste estimator preceptorum
vero in implendi eorum consuetudine / sic in preceptis / quia oportet ut
in bonis sit continuus usus / sed de sancte consuetudine / si incipit
prescripcionem et extra hominum memoriam vadit / Tamen ergo in eo sunt
venit in se divina precepta stabiliter / ne ab eis quomodo
possit abduci / iuxta illud quis nos separabit a caritate Christi / id est ab
illa / quia ex illa caritate debent impleri / quod dicit graduum in
more / quod ea faciam et delectabor in eis usque ad finem / quia
scriptum qui perseveraverit usque in finem hic salvus erit

Memor esto verbi tui servo tuo in quo michi spem dedisti / Secundum
beatum Ambrosium et alios / hic sequitur octonario versuum pro
titulo preponitur ista littera Zay que est hebraica et sonat
in latino dux alibi vel figere hic / et fit ut unusquisque
sit ductor sui ipsius / ut videlicet quilibet mores bonos componat / ut
contra legem veniat / ut semper idem velit et idem nolit / Et licet
ut Seneca / iudicium hominum varietur et quisque vertitur ad
contrarium / sic in multis vita agit quasi per ludum ac saputas
et christiani est ne vita dissentiat ordini / Sic ergo se homo regat / dirigat sine ducat / ut alibi sit secundum mentem / sit in mundo cor
pore / sed mente ad celestia elevatus / et hic sua quasi
tem figat / hic est in talibus ex quibus coronam accipiet sempi
ternam / Supra eciam multa postulavit a deo / Et declarat
qualis facta sit ex concessione illorum que pecijt / Custo
diuit .n. legem / ambulat in eius latitudine / loquebatur de ea sine
confusione meditabatur et exercebatur in ea / hic iam propter
requiem / Et dicit Ambrosius que maior requies / quam requiescere
in verbo dei et consolacione divine gracie demulceri / Et pos
set sic estimari a principio in preceptis octonary de septimo
in lege domini studiosa incepcio / hic iam de septimo in ea le
ge multiplex amorosa provectio / Non .n. quis potest profi
cisci / nisi prius agere incipiat ad finem ut proficiat / In isto enim
ostendit profectus legem dei quam amavit / ex spe mercedis fu
ture / Vel possit sic estimari ut estimat quidam / super eis
pecijt sibi dari Christum ducem et spiritum sanctum / qui doceret
bona agere / et malis resistere / et ita vide que hijs duobus

peragitur sursum re(cta) / hic iam petit sibi dari vitam eternam quam deus dare promisit et diligentibus se / Vel sic ut ter-ra [illegible] estimat / supra dictum est de strenuitate exterioris operis cum dictum est et locutus [illegible] et de virilitate interioris cum dictum est et meditabar / hic iam agitur de consolacione strenue ac viriliter operantis / spes enim consolatur / et non confundit / de qua statim incipit in primo versu / Et memor quod [illegible] pro de-lectacione [illegible] per divina memoria et verbis [illegible] homini viatori spes est fundata / et vitus [illegible] dicitur [illegible] versu [illegible] quod deus memor est / et verbum edixit / spem te-statur sibi datam fuisse / Et possunt pro viribus zone sic / spes est quasi expectacio proveniens ex divinis promissis / et homini [illegible] talia deus [illegible] in memoria / secundum quod sit vera / Adam arguitur sic / memoria est preteritorum / sed apud deum nichil est preteritum / [illegible] deus nullorum recordatur / [illegible] divina promissa se-cundum sunt condicionalia / et ideo [illegible] in eis [illegible] spes [illegible] in illo quod obsequitur condicioni / et [illegible] quod [illegible] / Et divi-ditur in tres partes / secundum tria bona in quibus homo in lege pro-ficit / primum est mentis humane [illegible] ex lege proveniens conso-lacio / secundum est divine bonitatis gratuita recognicio / tercium est intime dileccionis intensio / secunda est ibi Bonitatem fecisti / tercia ibi Defecit / In prima primo multiplicitatem [illegible] insigni consolacionis exponit / secundo ex hiis plenitudinem misericordie dei concludit in ultimo versu / Misericordia domini plena est terra / Prima pars dividitur ex ea parte qua ostendit se consolari et delectari in lege sine sunt effectus et signa / sive causa / et materia delectacionis / que inter se mixtim et involute ponuntur / et sunt [illegible] talia / primo [illegible] ostendit se consolari ex futurorum expectacione / secundo ex pri-orum collacione ibi [illegible] eloquium / tercio ex legis firma adhe-sione ibi superbi / quarto ex iudiciorum consideracione / ibi memor fui / quinto ex iustitie decantacione / ibi cantabiles / sexto ex dei memoria in adversis et legis observacione / ibi memor fui nocte / septimo ex dei et legis [illegible] ibi portio mea / octavo ex devota et fiduciali oracione ibi deprecatus sum / nono ex affectuum ad eam comisacione ibi cogitavi vias / decimo ex leta ad legem observandam promptitudine ibi paratus sum / undecimo ex legis inamissibili recordacione ibi funes peccatorum / duodecimo ex vigiliarum et divine legis frequentacione ibi media nocte / tercio decimo ex bonorum celestie communione / ibi particeps ego sum / In prima primo petit impleri promissionem divinam / secundo ponit spem ex ea conceptam / tercio consolacionem secutam / secundo consolacionem in [illegible] / secunda ibi in quo michi / tercia ibi me / tercia ibi in humilitate mea / dicat ergo memor esto / glossa [illegible] ad [illegible] [illegible] sic et [illegible]

qui deo permittente eterna spero / et auxilium in tribulacione / Se-
cundo dicens memor esto / non tamquam lapsum a memoria ad eam re-
ducendo / sicut nos oblita recordamur / sed hoc modo / ut non tardes
promissa / sed cito des ea / Unde iste modus est consueta locu-
cio qua humanus movetur affectus / Dicitur ergo memor esto verbi. est ad-
vertendum secundum Augustinum in libro confessionum cum invenimus nos in memoria
quid agimus / nisi queramus quid vel quod proposuimus / cum in cogitacione ea
que audivimus / et tenemus hec memoramur / et secundum Augustinum concludit
quod memoria non est aliud / nisi recordacio preteritorum / sicut sciencia
est presencium / et providencia futurorum / et quia isto statim habetur
quod deus memoria caret proprie loquendo dicitur. n. Augustinus oblivio
nullo modo cadit in deum / quia non mutatur ut recordacio / quia non
obliviscitur / Ideo habetur in tractatu de erroribus fidei. Notatur
deus aliter de rebus habet noticiam quam homo / Ex quo enim homo sub-
iectus est tempori / ideo res temporales cognoscit / quasdam respici-
ens ut presencia / quasdam ut preterita recolens / et quasdam providens
ut futura / Deus autem superior est temporis decursu / Unde sicut
esse suum est eternum / sic cognicio sua eterna est / et quia
punctum quod est extra lineam hoc est totum decursum
comprehendat / quia quelibet pars temporis est in equali parte / licet partes
temporis una sequatur ad aliam / Sic deus qui de excel-
so eternitatis respicit / super totum temporis decursum / et omnia
hinc gerentur in tempore presencialiter intuetur / ut habetur ubi supra
non ergo deus habet memoriam alicuius sibi preteriti / Unde iste dicendo
memor esto / non voluit deus recordaretur aliquorum / que
a sua memoria transissent / quia sibi omne tempus est presens / et ob-
livio non cadit in eum Ex isto habetur quod noticia dei non
est habitualis [illegible] / quia deus ad nichil cognoscendum est
in potencia / quia omnia actualiter noscit / et deus intuetur
in sua ultima perfectione / et eciam per suam essenciam intelligit
et non per aliquas species / et ergo non potest sibi cognicio ha-
bitualis [illegible] / quia ut habetur [illegible] habitus est quedam habilitacio
ad recipiendum species intelligibiles / quibus actu fit intellectio / Non ergo
iste dicendo memor esto intendit / quod deus aliqua eorum
cum considerarent ad que consideranda haberet in se aliquas
similitudines / quia Ecclesiastici xxiii dicitur oculi domini lucidiores
sunt sole / ex quo ergo sol semper ubique actualiter lucet / magis
de deo sentiendum / quod ipse actualiter omnia et simul no-
scit / Ex 2o habetur quod noticia dei non est discursiva / Ro-
quia deus non cognovit successive / non cognoscit unum ex
alio / non cognoscit deus aliquid naturaliter / sed essencialiter / Sed
[illegible] ista cognoscuntur per discursum, quorum principia
sunt incognita. quod circa deum fieri non potest / Iste ergo dicendo

Memor esto pretendit ut deus quod aliquibus suis operibus ve-
niret in noticiam sui. Sed quia autem aliquid est in se notum est
sibi, huc adhuc vadit, ut deus quod aliquibus suis recordetur a-
liorum. Sed deo in homine nichil est ignotum. Ad Hebr. x
omnia nuda et aperta sunt oculis eius. Glossa dicit ibi: que sunt
recordacio, non sunt nobis nisi in se nuda et aperta, sed nunc
aperiuntur et nudantur. Beatus Thomas contra gentes: quod divina noticia non est
discursiva, ut composita. Racio: quia inter duas [illegible] fallitur
sicut sepe fit in intellectu componente et dividente, et ideo nulla
est composicio, et ipse omnia intelligit presencialiter, et ideo dei
noticiam certam haberet per composicionem aut divisionem. Sed quod suum
intelligere non esset tamen unum sed multiplex, et sic sequeretur quod et suum
esse non esset unum et simplex, ex quo suum intelligere non est aliud
nisi suum esse. Non ergo iste fiat recordacio divina memoria
aliquid tamen significatur in deo. Sed Psalmus l. x Dominus novit co-
gitaciones meas, cogitaciones vestre, dicit deus, et in Ps. Dominus
scit cogitaciones hominum quoniam vane sunt. Glossa ut dicit ibi: que per
composicionem et divisionem procedunt. Sed quid tunc est, ut asserit
Augustinus contra istam, quod in multis scripture locis fatetur oblivio
enunciatur de deo, ut ibi: quare oblitus es mei. Et iterum oblitus es
[illegible] inopie nostre et tribulacionis nostre, et deus per Ysaiam dicit
omnes iniquitates eius oblivioni tradam, et propterea hec in scriptura re-
ferantur. Respondet Augustinus dominum ut docet hominibus quod
sunt ista non sunt in deo, quando non deum penitere dicimus
cum preter hominum spem res mutat, consilio non mutato. Sed quasi
deum manet memoriam, ita dicitur oblivisci, quando videtur tardare adiu-
torium, aut dare promissum, aut non reddere digna petentibus
ac si ab eius memoria esset elapsum, id est quod vel peteretur, vel
speratur, vel timetur, et non succedit. Esto ergo memor non ad
[illegible], iuxta illud ignorancias meas ne memineris. Memor
esto non ad memoriam reducendo, sicut nos facimus, qui oblivisci-
mur. Sed esto memor, id est fac te admodum memorantis, cito assiste, cito
adiutorium prebe, iuxta illud Domine nos deus salutaris noster, cito
misericordiam impende, iuxta illud [illegible] miseracionis tue misericordie
recordaberis. Primo ergo hec dicit pietas in persona penitencium et illorum
qui videntur [illegible] ad dominum. Memor esto [illegible] irasceris deus
meus, et non apponat ut complacencior sit adhuc, ymo apponet.
Ex quo elicio quod hii qui ad deum convertuntur, remanent in
peccato, non est quod hic quod deus esset eorum oblitus. Sed deus non est
mutabilis talibus mutacionibus, ut deus scit, propterea obliviscetur.
[illegible] sic hec [illegible], quod ipsis a deo recedentibus recedit ab eis
deus. Unde dicit Barra super quintum capitulum Osee: qui homines re-
vertuntur ad deum non correcto errore, in inferno morientur

dispergit eos. Tunc mentes non deponunt obedientiam, non videbitur
tamen, quia in malivolam animam non intrabit sapientia. Sepe propter
tamen religiosam conversacionem in aliquo permittitur, non inveniunt
misericordiam sincere post illius permissionem redeunt ad vitam secularem et
redeunt ad vomitum et fiunt novissima illorum peiora prioribus.
Quando enim recidentes peccata reiterant nec nova accumulant, quid
mirum quod veniunt in profundum viciorum et non sunt iam apud deum
in memoria iustorum. Secundo dicitur hoc in persona proficiencium. Tercio in
persona beatorum nunciorum qui propter persecucionem paciuntur propter iusticiam.
Et licet eos possit hic referri ut sanctus Ambrosius refert ad
presbiterum veteris testamenti qui rogabat deum ut acceleraret diem suum in
carnari. In dicto ita pretermissione nolo facere aliquam men-
cionem. Et quo ad hanc materiam dico primo: divina noticia omnibus
iustis hominibus valde est attendenda. Racio quia est verax, scilicet
quod nec falli nec fallere potest. Secundo quia est universalis, quia extendit se
ad omnia, et ad penas quas paciuntur, et ad merita pro quibus
paciuntur, et ad intencionem qua diriguntur. Iuxta illud: Omnes vias
meas previdisti. Tercio quia est stabilis et permanens. Ita reliquis quali-
tatibus variatis dei memoria seu noticia non variatur, imp-
rimis ex prioribus, quia est eterna, intuetur unico intuitu ea que sunt et
ea que non sunt. Concesso quod sic est necessaria, quod nullam necessitatem imponit
rebus. Dicit B. t. ponendo contra hoc exemplum: cum video Sortem sedere,
infallibilis est et certa mea cognicio, nullam tamen ei exhibeo ne-
cessitatem sorti imponit sedendi. Sic deus omnia que nobis
sunt preterita, presencia et futura inspicit infallibiliter et certitudinaliter,
ita tamen quod contingentibus nulla imponitur necessitas existendi. Ex
hoc noticia dei ita imponit necessitatem: iusti semper sunt timidi
ne per libertatem eorum arbitrii aliquid agerent contra quod per ea
doceret. Secundo ex hoc quod est stabilis iusti semper sunt pro-
vidi, quia valde undiquaque circumspiciunt circa divinam noticiam
et maxime illam que est approbacionis, que est regula ordi-
nativa iustorum agendorum. Tercio hoc autem quod est universalis iusti ipsi
sunt sinceri sanctitatem mactant, et suas intenciones rectificant
et corrigunt cogitaciones, scientes quod omnia sunt nuda et aperta
oculis eius. Quarto ex hoc quod est verax semper fideles sunt, reve-
renciam maximam habent ad omnia que sunt divine voluntatis. [illegible]
[illegible] primo quod deus non sine providencia permittit casum in-
storum, sepe enim permittit eos diversis turbari. Dicit Barra sic:
quod dimisisti anxietatum obetaverunt in eis [illegible] discrecione
et abeunt post sordes. Iohannis vi: Tunc reddidit Augustinus: Sub
illo patente facie tamen turbabantur, multi repleti bo-
nitate dei, sibi tribuerunt quod habebant et gloriabantur
quasi in iustificacionibus suis et complacuerunt sibi ipsis

et insonuit contra eos vox apostolica dicens quid habes quod non accepisti
et ipsi in seipsis spem posuerunt de presencia dicentes Ego dixi in
habundancia mea non movebor in eternum avertit faciem suam et fuit
eos turbari et dederunt in temptacionem et ostendit eis per
hoc quod justi erant quod recte ambulabant ipso regente fiebat et
redeuntes ad humilitatem confessi sunt illud Domine in voluntate
tua prestitisti decori meo virtutem In istorum ergo persona dicitur memor
esto scilicet fragilitatis nostre et redue nos in statum humilem sicut eramus
ab inicio Unde respexit dominus petrum et recordatus est petrus verbi
et egressus foras flevit amare quia enim dominus memor fuit sui ideo respexit
eum quia ipse in casu suo recordatus est sui Secundo officio hoc quod
justi dant in manus impiorum non propter hoc est quod deus esset obli
tus eorum sed ut erat propter hoc quod deus habuit noticiam eorum
humilia enim respicit et alta a longe cognoscit Unde id fluit duo
vias istorum scilicet quare tunc deus illos quos ita diligebat
tradebat in manus homini impiorum sic quod persequebantur eos et te
nuerunt eos illudebant eos affligebant eos bonis eorum spo
liabant et mortificabant eos et habebant eos pro maledictis ho
minibus juxta id quod in persona eorum dicitur tota die verecundia
mea contra me est et confusio faciei mee cooperuit me et
dicit Augustinus super hunc psalmum verbis non hoc erat pro oblivione sed
ad ostendendum aliis quod sancti sui colunt eum gratis non propter
temporalia non propter corporalia non propter hominum amicicias et favores non
propter potentatus et seculi honores et si que talia plura sunt Sed
cum hec omnia eis auferebantur eis eo fortius credebant firmantes
pro hoc maiori gratitudine adheserunt juxta id hec omnia venerunt super
nos nec obliti sumus te et inique non egimus in testamento tuo
et non recessit retro cor nostrum In persona ergo eorum dicitur hic memor
esto scilicet servorum tuorum introeat in conspectu tuo gemitus compeditorum
et valde recordabantur eorum quia obliti omnia que mundi preparabat
Et ad id quod habetur pro visione faciei prius equi in celis
est Et conspecto eciam quod dicitur sunt ad hoc ut in ipso so
lo iocundaretur dicit Augustinus aufert deus justis de via volu
ptates aufert prosperitates aufert iocunditates et ponit
eos in arto in angusto ne deficiant eorum sole tribulacionum
scilicet magis nutriuntur quia habent radicem caritatis hic et addit
Augustinus quod dominus formam sue humanitatis ostendebat oculis
intuencium et non eos adeclinacione in illa carnis dirigebat
ad illa que corporeis oculis non videbant dicebat enim eis
Qui diligit me mandata mea servabit et iterum qui me di
ligit diligetur a patre meo et ego diligam eum et ostendam

ci meum Ecce illum quem videbat promittebat eis sic ostendens
q. d. formam servi videtis / forma dei occulta est vobis / per foras
servi blandior et vos quasi parvulos nutrio / sed formam dei
vobis servo / ut vestra ut grandes pasco / Ex quo elicitur quod deus ille
suos a visibilibus deduxit ad invisibilia quia est magnus cognitor
secundo elicitur quod illos per nostris quos in visibilibus nutrit
natura / ad purgatia invisibilia valde est purgatia / invitaio
zario quia fides de rebus invisibilibus valde est purgatia fide purificans corda eorum / homo sine ea impossibile est placere deo
Tertio elicitur et ista quaestione et deus hoc ipsos non facit miracula
quia bene ipsi sunt in memoria sua Vnde Augustinus super Iohannem Non cotidie
/ quia bene ipsi sunt in memoria sua / In ... dei in cordibus nostris / Ubi est ille deus tuus / Ubi mare sic.
deus in omnibus nostris / Dicitur ubi est ille deus tua / Ubi mare sic-
tum / ubi egipcii persequentes fluctibus obruerunt / Ubi illa gloria qua
precedebat ipse est eductus de egipto ductus per gentes et gentibus ex
pulsis collocatus in regno / Et subdit hec sunt predicta in illis
in figuram contingebant / Sic ergo deus quia iam talia non facit vel
filius est cum ... / quia nobis debebamus facta / et vitiis / Eramus
non de egipto sed educendi / Erant ipsi apparente in gloria vel
locandi / Erant inimici nostri eterna pena obruendi / Et subdit illa
erant predicta / Sed facta sunt in meo animo non aliud deus apparere nisi
amplius tolens deum / nisi animus a temporalibus discedens / et ad eterna
anhelans / amplius noles hec que sunt cum obmitte / nec cum obli-
vionem dei que nomini testati pro illorum signorum absencia argue
pro quo filius dei apparens in carne multo maiora signa et
quod erat facta ante adventum suum / Ibi non subiungebant viventes
/ quia christus suscitabat morientes / illis lucebat columpna / nobis
sol iusticie / illos serpens suspensus liberabat a morsibus /
et nunc omnes qui credunt in illum / qui exaltatus est in ligno
/ non pereunt / sed habebunt vitam eternam / Illi bibebant de petra / sed
petra christus est nunc potus / manna est nunc panis vite / et dat
vitam mundo / Ex quo ergo adaucta sunt nobis divina beneficia
signum est quod nunc tempore nostri maxime vigeat memoria dei
Et quando deus pro quo est nobiscum / usque ad consummacionem seculi / quasi ultro
/ quasi oblivisceretur nostri / pro quo sedens ad patris dexteram ad
vocat pro nobis / et ipse est sanctificatio spiritus nostris / Igitur
non est memor nostri / Memor ergo esto / invitari id memento nostri
domine in beneplacito populi tui / visita nos in salutari tuo et
Et addit memor esto verbi tui servo tuo id est domine fac ut dicitur
tu servo tuo cuius tu memor es fiat secundum verbum tuum / sicut
et maria ad angelum fiat mihi secundum verbum tuum / Et Symeon
nunc dimittis servum tuum secundum verbum tuum / Est autem ut sic
fiat ad propositum triplex verbum / Verbum caro factum / Iohannis primo

primum est summe dignitatis Iohannis primo verbum erat apud deum et deus erat verbum / secundum est magne sanctitatis luce viii[o] Semen
est verbum dei // tertium est magne ... luce xxi celum et terra transibunt verba autem mea non transibunt

x viii

Verbum predicatum. Et verbum in promissionibus divinis expressum.
Nam verbum caro factum, sed licet et mysteria divinis antiquis pro-
